

VIII. Timotheus autem, Ephesiorum episcopus, A ordinatus a beato Paulo, ex gentibus erat, non ex circumcissione. De quo multa testatur Paulus, admonens ut honestam professionem dati sibi doni servaret, qui et gloriose illic testificatus est.

IX. Titus, episcopus Cretæ, in eadem et in circumjacentibus insulis prædicavit Evangelium Christi. Ibidem autem et dormivit, et sepultus est, nempe in Creta.

X. Crescens in Galliis<sup>1</sup> prædicavit Evangelium, et illic sepultus est. Eunuchus Candaces Æthiopyum reginæ in Arabia cognomento Felici, et in Taprobana insula maris Rubri prædicavit Evangelium Domini. Aiunt autem eum et ibidem martyrimum pertulisse, et honorifice fuisse sepultum.

<sup>1</sup> Colligere id licet ex II ad Timotheum c. iv, 10; nam ubi vulgo legitur *Crescens in Galatiam*, quædam Græca exemplaria habent εἰς Γαλλίαν, in *Galliam*. Tradit porro Eusebius lib. iii, c. 4, ipsum εἰς Γαλατίαν, quod Græci alii præferunt pro Γαλλία dici. Theodoretus: Γαλατίαν, τὰς Γαλλίας οὐ-

H'. Τιμόθεος δὲ, ὁ ἐπίσκοπος Ἐφέσου, κατασταθεὶς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἐξ ἐθνῶν ἦν, οὐκ ἐκ περιτομῆς· ᾧ καὶ πολλὰ μαρτυρεῖ Παῦλος, νοθετῶν τὴν καλὴν ὁμολογίαν τοῦ δοθέντος αὐτῷ χαρίσματος φυλάξαι, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐκεῖ ἐμαρτύρησεν.

Θ'. Τίτος, ἐπίσκοπος Κρήτης, ἐν αὐτῇ καὶ ταῖς περὶ νήσοις ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Ἐκεῖ καὶ ἐκοιμήθη, καὶ ἐτάφη ἐν Κρήτῃ.

Ι'. Κρήσκης ἐν Γαλλίαις ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη. Εὐνοῦχος Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιοπίων, ἐν Ἀραβίᾳ τῇ Εὐδαίμονι, καὶ ἐν Ταπροβάνῃ νήσῳ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου. Λόγος δὲ περιέχει, ὡς καὶ μαρτυρηκέναι αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ ἐνδόξως ταφῆναι.

B τως ἐκάλεσεν. Οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο πάσαι. Οὕτω δὲ καὶ νῦν αὐτὰς ὀνομάζουσιν οἱ τῆς ἕξω παιδείας μετεπιληφόρες. Εἰρηφάν. Ηἱeres. LI: Οὐκ ἐν τῇ Γαλατίᾳ, ὡς τινες πλανηθέντες νομίζουσιν, ἀλλ' ἐν τῇ Γαλλίᾳ.

## II.

# EPISTOLA

Edita jam sub S. HIERONYMI nomine,

## DE DUODECIM DOCTORIBUS AD DESIDERIUM<sup>1</sup>

Jam sub nomine BEDÆ,

## DE LUMINARIBUS ECCLESIAE<sup>2</sup>.

### CENSURA.

*Otio abutatur, qui probare multis argumentis non esse hunc Hieronymi, sed male feriat auctoris fetum, contenderit. Tot verborum salebræ, putidæ circumlocutiones, temporum atque ordinis immania σφάλματα, et ne quid deterius dicam, perversa de scriptoribus judicia, stomachum continuo movent Hieronymianæ gloriæ studiosis, indigne ferentibus hujusmodi blateramenta in maximi Doctoris nomen conferri. At non ideo Erasmus illud jure accusavit stultitiæ, quod ubi auctor professus esset se de Luminaribus toto mundi firmamento lucentibus dicturum, Pelagium, Jovinianum, et consimiles inculcarit tenebriones. Non enim eos inter lumina Ecclesiæ collocat, quorum scripta reprehendit, et veneno ac felle infecta non diffitetur.*

<sup>1</sup> Ita in mss. Florentinis Annuntiatæ Servitarum. et S. Crucis Minorum, teste Martianæo, et in Ambrosiano penes v. c. Ludov. Anton. Muratorium

inscribitur.

<sup>2</sup> Habetur hoc titulo sub Bedæ nomine tomæ operum III, p. 491.

Et pauca, inquit, de scriptoribus manifestissime dicam. Verius illud vitio vertendum fuisset, quod Hilarius Romanum Pontificem cap. secundo memoret, qui S. Leoni successit, et diu post mortem Hieronymi inclaruit. Sed hominem usque adeo bardum ac stupidum, qui hæc ignoraret, hunc fuisse non puto; factum vero librariorum culpa, ut episcopi nomen irreperet quod ipse non scripsit. Cerle Hilarius Romanus diaconum Luciferianæ sectæ assertorem ferme præcipuum, quod et Hieronymus notat cap. 95, et cui in Epistolam ad Romanos Commentarii tribuuntur, laudari ipsa mihi persuadent priora verba quibus Lucifer ipse Calaritanus alluditur: Hilarius, inquit, Lucifer Romanorum. Hæc dixerim, ne supra quam videtur promereri, censuris auctor pseudonymus vexaretur. Cæterum hac una fere de causa hocce ejus opusculum adjungo, et ad mss. quoque fidem subinde exigo, ne quid quod ad Hieronymum pertineat, lector aut eruditus aut ineruditus desideret.

## 361 HIERONYMUS DESIDERIO.

Vis nunc acriter, mi frater Desideri, ut tibi quasi A de luminaribus, quæ toto firmamento mundi refulgent, pauca de scriptoribus, qui nobis multa de obscuritatibus, quæ propter carnalem mentem intelligentiam impediunt, ad splendorem considerationis spiritualem proferre potuerunt, manifestissime dicam. Sed vereor Susannæ Helchiæ filię, ne in me sententia iniquo judicio presbyterorum impleatur, dicentis: Angustiæ mihi undique [Al. ubique] sunt. Et mihi similiter sunt angustiæ. Si enim voluero aliquem ex his reprehendere, adversarios atque inimicitias mihi undique concitabo. Si autem nolero, nunquam quæ postulasti invenies. Sed unius tantum voluntatem condemnare 362 quam multorum consilia transire vel despiciere, melius esse videtur, quia unusquisque eorum in Scripturis sanctis diligenter laudari meruit, sed omnes breviter leviterque<sup>1</sup> cum omni amore tangam, ut utrumque pacifice impleam.

I. Augustinus episcopus volans per montium cacumina quasi aquila, et ea quæ in radicibus montium fiunt, non considerans, multa cœlorum spatia, terrarumque situs, et aquarum circulum, claro sermone pronuntiat. Qui enim in lignum fructuosum ascendere vult, paulatim ad superiora et majora carpere poma festinat, ramos autem proximos parvulis relinquit. Nos autem qui parvuli sumus, infirmique atque minores, si inferiora congregari valuerimus, nobiscum bene agetur.

363 II. Hilarius episcopus Romanorum<sup>2</sup> lucifer lucernaque Ecclesiarum, et pretiosus lapis ad quem mortalia vix ascendunt, pulchro sermone C aureoque ore universa loquitur. Etsi enim aliqua

secus viam<sup>3</sup> cecidisse potuissent, tamen ab eo in Scripturis messis exorta est magna.

III. Origenes Adamantius, altiora atque majora cogitans, propriumque ingenium ferre non sufficiens<sup>4</sup>, dum aliud loquitur, per aliud se nectit. Et cum hæc nimis mentis ardore cogitasset, oneribus majoribus caricabat se, et cum sic incedere non potuisset, ruina magna illuc devolutus est, ut ruina ejus pararet doctrinas per aliquas seductiones<sup>5</sup> ineptas, multosque de via recta in aliam viam perducit et venenum [Al. venenose] ejus quasi tinnuis vocibus, Sirenarumque canticis, plures necare potuit. Melior omnibus in bonis, pejor in malis. Aliqua vero per eum secus viam seminata sunt, multi tamen aliquos ejus pessimos discipulos multa<sup>6</sup> venenosa sub ejus nomine edidisse testantur.

IV. Eusebius Cæsariensis, clavis Scripturarum, cutosque Novi Testamenti, multis major in conscriptionibus a Græcis comprobatur. Scripsit Canones quatuor Evangeliorum, et undecim [Al. quindecim] libros Historiæ Ecclesiasticæ, qui Novum Testamentum narrant atque custodiunt, et Χρονικὸν, id est temporum breviarium. Hæc tria sunt præclara, quæ in operibus ejus testantur et nos ante omnia ejus vestigia qui imitari potuisset<sup>7</sup>, nunquam reperimus.

V. Heliodorus presbyter, domum amplissimam per modicum foramen respiciens, tentansque ostia conclusa, clavesque non habens, vix pauca ad lucem prodere convaluit, sed quæ potuit narrare, C fideliter narravit.

VI. Ambrosius frater, profundorum pinna raptus,

<sup>1</sup> In mss., *Leniter leviterque.*

<sup>2</sup> *Iidem. Episcopus Lucifer Romanorum, Ecclesiarumque lucerna. Recole superiorem censuram.*

<sup>3</sup> *Iidem, Si ejus aliqua secus viam, etc.*

<sup>4</sup> *Mss., Proprioque ingenio non sufficiens, aliud subnectit, etc.*

<sup>5</sup> *Mss., Ut ruina ejus parasset ad doctrinam ejus aliquas seductiones, etc.*

<sup>6</sup> *Mss., Multi tamen discipulorum ejus pessimi multa, etc.*

<sup>7</sup> *Mss., Et omnia ejus vestigia quo iterare potuisset, etc.*



et aeris volucer, quandiu in profundum ingreditur, fructum de alto carpere videtur. Et omnes ejus sententiæ, fidei Ecclesiæ, et omnium virtutum firmæ sunt columnæ.

¶ 64 VII. Dardanus, multas quæstiones arripiens per mentis astutiam, nucemque circa nucleum non confringens, multa impossibilia de Scripturis cum fiducia loquitur.

VIII. Paulino visum est magistrum fieri, et non erat ante discipulus, et fructum sine radice oriri fierique tentavit. Ideo ejus conscriptiones scriptore et charta non indigent.

IX. Pelagius, de quo apud fideles sermo est, de quo etiam et mihi gravis causa disputationis ejus verborum <sup>1</sup> pene in toto orbe annuntiata est, quem omnes Ecclesiæ quasi lupum de silva mirantur, aureum colorem super nigrum venenum componens, fontem dulcem primi mellis, amaritudinis malitiæ commiscuit.

X. Jovinianus læta facie, et corde aspero, potu dulcissimo felle commistó, multos potavit, et con-

<sup>1</sup> Mss., *Gravis disputatio verborum, etc.*

<sup>2</sup> Hunc Favonium, nisi corruptum nomen est, apud alios veteres nusquam inveni laudatum.

trarias sententias per odium occasionum Christianis proferens composuit, et me (quanquam in omnibus laboriosum) assidue quæstionibus infinitis afficit et vexat.

XI. Julius [*Al*; Julianus] Africanus, cujus vestigium omnes orientales australesque diligenter unanimiterque in Danielis hebdomadibus investigant, universa temporum spatia cum omni peritia jugique sermone construxit, et nulla ab omnibus, quæ dicta sunt per eum, in toto orbe unquam data est contradictio.

XII. Favonius <sup>2</sup> a multis culpabilis, dura sententia fortiterque universa difficillima ingerere conatus est, et quasi qui contra undas maris navigare non potest, vel contra impetum torrentis aquæ natate non valet, ita cuncta, quæ scripsit contra Scripturas sanctas, obstare non poterant: ideo quasi umbra secus hominem sunt.

Hilarius, ex Hieronymi Catalogo cap. 100.

Damasus, ex cap. 103.

Gregorius Nazianz. ex cap. 117.

## INDEX

### VERBORUM, SENTENTIARUM ET RERUM INSIGNIORUM.

#### QUÆ IN TOMO SECUNDO CONTINENTUR.

##### A

Abacuc Canticum quo titulo iuscribitur, 738. Loquitur audacter ad Dominum, sese reprehendit, et scripsit Canticum pœnitentiæ, 739. Quid deprecatur, 772. Historia Abacuc missi ad Danielelem, non invenitur in Hebræo, 349.

Abradotas occisus, 311.

Abraham virtus, fides, 743. Abraham conscientia fragilitatis suæ pronus cecidit in terram, 796. Putans se celare Deo, aperte ridere non audet, *ibid.* Non credit quod Deus repromisit, et causas incredulitatis exponit, *ibid.* Arguitur a Deo occulta responsione, *ibid.* Abraham asseritur trigamus, 268. Adjurat servum in Christo, 252. Abraham et Sara arguuntur in risu, 731. Iidem ex eo quod postea crediderunt, justitiæ palmam acceperunt, *ibid.* Abraham et cæteri non sibi divites fuerunt, 703.

Abrotanum ægro non audet dare, nisi qui didicit, 472.

Abstinentiæ bonum et malum saturitatis, 346, 347. Beatitudo paradisi absque abstinentia cibi non potuit dedicari, 346.

Academici, 558.

Accusatio vera contra fratrem displicet, 467.

Achaïæ Ecclesiæ pluribus hæresibus vexatæ, 891, 893.

Achillas lector, 193.

Achillis tumulus ab Alexandro visitatus, 13.

Actoria Peula uxor M. Catonis Censorii, 316. Ejus vitia, *ibid.*

Adam spe divinitatis supplantatus est, 43. Adam et Eva in paradiso virgines, consortio Domini fruebantur, 241, 265. Monogamus fuit, 264.

Admetus quantum amatus, 311.

Adulator quomodo definitur, 723.

Adulari proprie hæreticorum est, 722.

Ægroti multi vitæ mortem præferunt, 483.

Ægypti singulæ civitates singulas bestias venerantur, 335. Ex iis nomina sua sortiuntur, 336. In Ægypto et Palæstina vacca non comeditur, 334.

Aeris intemperies nihil aliud præter pudenda velari patitur, 44.

Aerii hæresis, 416.

Æs Cyprium in quo figuræ portentosæ sculptæ, 23.

Æsculapius, 622. Æsculapii vates interrogati, 23.

Ætatis ordo commendatur, 279. Quid dicitur de utriusque sexus ætate diversa, 789.

Afri lacertis viridibus vesci solent, 334. De Afro Grammatico quid refertur, 556. Ager irriguus et voluptatis, 337. Nemo securus agrum possidet, 196.

Agnitio in quo differt a notione, 614.

Aila urbs imminens mari Rubro, 21.

Albinus successor Festi in gubernatione Judææ, 831.

Alcestin fertur pro Admeto sponte defunctam, 311.

Alcibiades, 241. A quo occisus, 311. Amor concubine in illum, *ibid.*

Alcmenæ adulterium, 397.

Alexander Magnus, 567. Alexander quid dixisse narratur ad Achillis tumulum, 13.

Alexander Aphrod. Aristotelis volumina edisserens, 476. Commentarii ejusdem, 635.

Alexander imperator, 893. Filius est Mammææ, 899.

Alexander Hierosolymorum Episcopus, 879. Exstat ejus Epistola, *ibid.* Cum Narcisso rexit Ecclesiam, *ibid.* Dormivit in carcere pro confessione Christi, 895.

Alexandriæ Ecclesiæ consuetudo, 875. Ejus Martyres, 492. Alexandria et Ægyptus in LXX suis Hesychium laudat auctorem, 522. Quid constitutum fuit in Synodo Alexandrina, 193. Occidens assensum ei præbuit, *ibid.*

De verbo Alma interpretatio Judæorum, 287. Vera assignatur, 288.